



The following document is part of a Dulwich Society project to digitise, transcribe and translate the Dulwich Manorial Court Rolls. They begin in 1333 and continue, with some breaks, to 1908.

For more details of the original court rolls and other documents please go to <https://www.dulwichsociety.com/courtrolls/>

Text in **red**, apart from modern notes by the transcriber, indicates text missing from, or entirely illegible in, the original Roll.

Text in various shades of **grey** indicates text which, in the original Roll, is to a greater or lesser extent difficult to decipher.

Text in **green** indicates letters missed out of the original text, usually in commonly found abbreviations.

Otherwise, all contemporaneous text is in **black**, except for presumed later additions which are indicated in **brown** or **blue**.

K.2.

Manerium
de Dulwyche

Visus franci plegii cum Curia Baronis Johanne Calton firmarii Manerii predicti ibidem tenta die lune Quartodecimo die Aprilis Anno regni domine nostre Elizabethae dei gracia Anglie Frauncie et Hibernie Regine fidei defensoris &c. Vicesimo . /

Essonia

Nullus

Liberi Tenentes
et Sectatores

Johannes Crofte , Thomas Longe . /

Presentacio
Constabularii

Thomas Longe Constabularius ibidem fecit defaultam ad hanc Curiam Ideo ipse in misericordia c-- x^s Et ordinatus est servire in officio predicto usque ad proximam Letam /

Capitales
Plegii

misericordia c-- xx^s

Pena c---- xl^s

Robertus Brokesbye unus Capitalium plegiorum confitetur quod in Domo eiusdem Roberti lusio apud cartas lusorias vocatas Cardes usus fuit / Et quod ipse vendidit cerviciam non obligatam existentem iuxta Statutum &c Ideo ipse in misericordia c---- xx^s Et preceptum est prefato Roberto quod de cetero non vendet aliquam Cerviciam infra istud Manerium sub pena c---- xl^s pro quolibet delicto / Et in officio Capitalium Plegiorum electi sunt Willelmus Dalton et Henricus Hunter / Et Jurati sunt . /

Gustator
Cervicie

Egidius A Becke presentat omnia bene et nihil aliud Et in loco est[sic, eius] electus est Henricus Huscrofte Et Juratus est. /

xij^{cem} tam pro
Domina Regina
quam pro Domina
huius Manerij

Robertus Landman c--
Thomas Sergeant
Nicholaus Everedge
Rogerus Hamond
X^tpoferus Cursones c-- } Jurati

Henricus Mathye c--
Georgius Fynche
Thomas Ode
Walterus Bone
Johannes Heathe c-- } Jurati

Thomas Fearinge c--
Willelmus Dalton
Johannes Shott
Thomas Shott c-- } Jurati

Jurati in Assisam Johannes Dalton , Johannes Fearinge , Andreas Reade et Ricardus Hamonde Jurati sunt esse veros Subditos dicte domine Regine heredum et successorum suorum

Communis finis iij^s Homagium predictum dicunt et Affirmant omnia et singula superius presentata fore vera / Et ulterius dicunt quod dant Domino istius Manerii pro tempore existenti de certitudine ad hunc diem ex antiqua consuetudine c----- iij^s

Obitus tenentis Item homagium predictum presentant quod Mathias Draper qui de dicta Johanna Calton firmario Manerii predicti tenuit libere unum Messuagium et decem acras terre cum pertinenciis vocatas A myels per redditus xj^d obolum per Annum, et Unum Tenementum vocatum Reygatts continentem per estimacionem septem acras terre per redditus xij^d obolum & unius libre Cumini per Annum Et Unum aliud Tenementum et octo acras terre iacentes in quodam Campo vocato Lytle Apse per redditus xvj^d per Annum obiit post ultimam Curiam Et idem Mathias Draper die quo obiit tenuit de dicta Johanna Calton Unum Messuagium & quasdam alias terras nuper Thome Ode , sed certam quantitatem eiusdem, aut per que servicia homagium predictum ignorant / Et per Ultimam Voluntatem suam in scripto dedit et legavit eadem Messuagia terras et Tenementa (inter alia) Edmundo Bowyer generoso et heredibus suis (ut dicit^{ur})



Item homagium predictum presentant quod dictus Mathias Draper [qui] tenuit sibi et heredibus suis de dicta Johanna Calton per Copiam Rotulis Curie Manerij predicti Unam Domum septem acras terre in tribus parcellis iacentes per Redditus ij^s iij^d per Annum , Et tres acras terre iuxta Gascoignes Pytte per redditus xij^d per Annum / Ac eciam quatuor acras terre iacentes in le Apse per redditus xij^d per Annum obiit inde seisitus / post cuius mortem accidit dicte Johanne Calton duo optima Animalia sua pro herrieto , Et Ulterius dicunt quod Benetta Fromandes uxor Johannis Fromandes Armigeri et Elizabeth Forster uxor Willelmi Forster Armigeri sunt sorores et proximae heredes predicti Mathie Draper de eisdem terris et tenementis / Et sunt plene etatis . /



duo herritta

misericordia ij^s Item homagium predictum presentant quod Johannes Badger succidit duos arbutos vocatos Crabbe trees crescentes infra Manerium predictum contra ordinem antehac positum per[?] Tenentes eiusdem Manerij / Ideo ipse in misericordia c-----ij^s ./

misericordia ij^s Item presentant quod Willelmus Kyppyngge succidit duos arbutos crescentes infra predictum Manerium contra ordinem predictum Ideo ipse in misericordia c-----ij^s . / .

- misericordia xij^d **Item presentant quod** Thomas Longe prouit glandines vocatas Acornes de quercubus crescentibus infra Manerium predictum contra penam antehac positam , Ideo ipse in misericordia c----- xij^d . /
- misericordia xij^d **Item presentant quod** Dunstanus Turnor permisit sex porcos esse et ire inanulatos super Communiam huius Manerij Ideo ipse in misericordia c----- xij^d . /
- misericordia viij^d **Item presentant quod** Johannes Heathe permisit quatuor porcellos esse et ire inanulatos super Comuniam predictam Ideo ipse in misericordia c----- viij^d . /
- misericordia iiij^d **Item presentant quod** Thomas Fearynge permisit duos porcellos esse et ire inanulatos super Communiam predictam Ideo ipse in misericordia c-----iiij^d /
- misericordia x^s **Item presentant quod** Johannes Badger hic apud Dulwyche predictam rescussum fecit equam suam ab Henrico Calton & Thoma Wightman qui eandem equam reperunt & eam imparcare voluerunt pro transgressione facta in quodam loco vocato Kynges Copyes Ideo ipse in misericordia c----- x^s . /
- misericordia vj^s viij^d **Item presentant quod** Xxoferus Curson lusit apud Cartas lusorias vocatas Cardes Ideo ipse in misericordia secundum Statutum in huiusmodi casu editum c----- vj^s viij^d /
- pena forisfacta **Item presentant quod** Willelmus Wilkyns positus fuit in pena ad Ultimam Curiam ad faciendum duo Clathra vocata grates prope terram Roberti Wythe Armigeri ad ducendum aquam in comune fossatum ibidem vocatum the comen Sewer ante quendam diem iam preteritum sub pena xx^d pro Utroque eorum infecto existente Et non fecit eadem Clathra , Ideo ipse in misericordia c----- iij^s iiij^d . /
- pena forisfacta **Item presentant quod** Dunstanus Turno^r positus fuit in pena ad Curiam tentam infra Manerium predictam octavo die Marcij Anno regni dicte domine Regine nunc xvij^o ad escurandum quoddam fossatum ducentem a ianua ipsius Dunstani usque finem pomarij sui continentem per estimacionem sex rodas ante quendam diem diu preteritum sub pena xij^d pro qualibet roda / Et non escuravit predictum fossatum Ideo ipse in misericordia vj^s /

pena forisfacta Item presentant quod Awdrea Hardye vidua posita fuit in pena ad ultimam Curiam ad escurandum quoddam Fossatum apud Archepole, continentem per estimacionem viginti rodas ante quendam diem preteritum sub pena iij^d pro qualibet roda , Et non escuravit predictum fossatum Ideo ipse in misericordia c---- vj^s viij^d /

pena imposita Ordinatum est per totum homagium predictum quod Henricus Mathewe escurabit fossatum suum existentem in quadam Venella Vocata Crokesteade lane prope clausum vocatum the Burne continentem per estimacionem Viginti rodas citra festum Sancti Johannis Baptiste proxime futurum sub pena c----xij^d pro qualibet roda . /

pena imposita Item ordinatum est per totum homagium predictum quod Rogerus Hamon escurabit fossatum suum in Crokesteade lane predictum iuxta croftum ibidem vocatum the Burne continentem per estimacionem decem rodas , citra predictum festum Sancti Johannis Baptiste proxime futurum sub pena c----xij^d pro qualibet roda . /

pena imposita Item ordinatum est per totum homagium predictum quod Egidius A Becke escurabit fossatum suum prope communem viam ducentem a domo suo Usque ad campum ibidem vocatum Howlettes continentem per estimacionem Viginti rodas citra festum Sancti Michaelis Archangeli proxime futurum sub pena c----xij^d pro qualibet roda . /

[End of J4 [previously K2] (recto). J4 [previously K2] (verso) follows below :]

Roll J4 [previously K2] (verso)

[Monday] 14 Apr 1578 (continued)

K 2 v

Item ordinatum est per totum homagium predictum quod Dunstanus Turnor escurabit fossatum suum ducentem a fine fossati Egidij A Becke usque ad comunem fossatum ibidem vocatum the comen Sewer prope Howlettes continentem per estimacionem viginti rodas , citra predictum festum Sancti Michaelis Archangeli proxime futurum sub pena c----xij^d pro qualibet roda . /

Item ordinatum est per totum homagium predictum quod Henricus Hunter escurabit fossatum suum ducentem a clausura vocata the yarde Rogeri Hamon usque ad quendam locum vocatum Newe landes continentem per estimacionem viginti rodas , citra predictum festum Sancti Michaelis Archangeli proxime futurum sub pena c---xij^d pro qualibet roda . /

Item ordinatum est per totum homagium predictum quod Ricardus Wattedford escurabit fossatum suum inter quendam locum vocatum Kenelles et Newlandes continentem per estimacionem quinquaginta rodas citra predictum festum Sancti Michaelis Archangeli proxime futurum sub pena c---xij^d pro qualibet roda . /

Item ordinatum est per totum homagium predictum quod Willelmus Kyppyngge escurabit fossatum suum ducentem a predicto loco vocato Kenelles Usque ad domum suam continentem per estimacionem triginta rodas citra predictum festum Sancti Michaelis Archangeli proxime futurum sub pena c---xij^d pro qualibet roda . /

Et modo Ad hanc eandem Curiam venerunt Johannes Fromandes Armiger et Bennetta uxor eius una sororum et proximarum heredum Mathie Draper generosi defuncti Et petunt se admitti Tenentes ad medietatem unius domus septem acrarum terre in tribus parcellis iacentium et trium acrarum terre iuxta Gascoignes pytte Ac eciam quatuor acrarum terre iacentium in le Apse cum pertinenciis terre Custumarie existentium ac parcellarum Manerij predicti / Que predictus Mathias Draper tempore mortis sue tenuit sibi et heredibus suis per Copiam Rotulis Curie Manerij predicti . / **Cui** quidem Bennette predicta Johanna Calton firmarius[sic] Manerij predicti per Senescallum suum concessit dictam Medietatem predictae domus septem acrarum terre & predictarum trium acrarum terre iacentium iuxta Gascoignes Pytt ac predictarum quatuor acrarum terre cum omnibus suis pertinenciis / **Habendum** et tenendum eidem Bennette et heredibus suis per virgam ad voluntatem Domini Manerij predicti secundum Consuetudinem eiusdem Manerij . / **Reddendo** et faciendo inde annuatim Dominis Manerij predicti pro tempore existente Redditus et servicia inde prius debita et de iure consueta / Et predicti Johannes et Bennetta dederunt predictae Johanne Calton pro Fine pro tali statu habendo c---xxvj^s Et fecerunt fidelitatem / Et seisina deliberata est prefato Bennette per virgam / Et admissa est inde Tenens . /

[End of Roll J4 [previously K2].]